



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei**

**Murner, Thomas**

**Lucernae, 1528**

**VD16 M 7034**

Conclvsio XL.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29525**

## A C T A

Teis quas capturas, ut fur & sacrilegus sceleratissimus in suam potestatem redegit, non plus habent hi euangelici fures suas iniurias aut contumelias quam dei & sanctorum.

## C O N C L V S I O XXXIX.

Famosus est quod locum sacrum etiam diruto aedificio in alienos usus prophanauit, cum hunc lex iubeat matre sacrum etiam resolutis edificijs.

Nemo martyres distrahat, nemo mercetur C. de sacro san. eccl. Nemo martyres.

Interdicta autem competit uel hominum causis, uel diuinis iuris ut de religione, sicut est. Ne quod in loco sacro fiat, uel quod factum est restituatur, fit de interdicione, seu extraor actio. I. interdictorum.

Locus sacra etiam si terrae motu corruant, adhuc locus sacer manet fit de contra. emp. Ede.

Locus in quo sacra sunt aedes aedificatae, etiam diruto & solo aedificio, manet nihilominus locus sacer, ut Papinianus scripsit, Insti, de redi. pa. Locus autem,

## C O N C L V S I O XL.

Famosus est quod locum religiosum in prophanos usus commutauit cum hunc diuinis iuris esse fecerit, sua uoluntate mortuum inferendo.

Pergit audacia ad busta defunctorum & aggeres consecratos, cum & lapide hinc mouere, & terram euertere, & cespitem euelere proximum sacrilegio, maiores nostri semper habuerunt C. dese.

Et si forte cadaveri defuncti sit iniuria (pul. uio. Pergit, cui huius bonorum possessores extitimus, iniuriaque nostro nomine actionem habebimus. Spectat enim ad estimationem nostram, si quae sit iniuria fit de iniur. & fa. lib. le. i. pa. Et si forte.

Si quis uoluntate tua mortuum in tuum fundum insulerit, fundus siue locus fit religiosus, & perculdubio uenundari non potest religione prohibente, C. de reli. & sump. fu. Inuito.

Si sepulchrum monumenti appellatione significas, scire debes iure dominij id nullum uendicare posse C. eo. Si sepulchrum, Locum quidem religiosum distrahi non posse manifestum est, C. eod. Locum.

Res



## M V R N E R I.

Res religioni destinatas, quinimo iam religionis effectas  
scientes qui contigerint, & emere & distrahere non dubitas-  
uerint, tametsi iure uenditio non subsistat, læse tamen religi-  
onis inciderunt in crimēn, C. de sepul. uiō. Res Religioni.

Siquis sepulchrū uiolaturus attigerit locorum iudices (si  
hoc uindicare neglexerint) non minus nota quam uiginti li-  
brarum auri in sepulchrorum uiolatores statuta poena mul-  
ctentur, ut eam largitionibus nostris inferre cogantur. Eo si  
quis sepulchrum.

Quis sepulchra uiolat, domos (ut ita dixerim) defunctorū,  
geminū uidentur facinus perpetrare. Nam & sepultos spoli-  
ant destruendo, & uiuos polluunt fabricando, C. eo. Quis se-  
pulchra. Huic autē poenae subiacebunt, & qui corpora sepulta  
aut reliquias contractauerint, C. eo. & le. ea.

Hac de meis quadraginta iuris conclusiōib⁹ cum Ulri-  
cho Zwingly in Baden disputandis, quantum exordio con-  
uenit sufficienter dicta sunt. Inter arguendū & quum aderit  
contradictor, respondendo longe alia dicturus, quibus iam  
scripta non soluere possent corrigiā calciamentoꝝ. Sed hic  
finem faciam probationum, quia omnes h̄j euangelicis co-  
phantæ in Baden præsentes, dum heæ legerentur conclusio-  
nes, male sibi consciij, nec os aperire fuerunt ausi, nec suas ob-  
iectas infamias in uerbulo unico, sed nec ulla protestatione  
defenderunt. Valete omnes catholici & orthodoxi fideles  
ex præsentib⁹ scriptis scituri euangelicorū fidem ob id  
esse famosam & reprobam, quippe quod toties su-  
os obseruatorēs faciat infames fures neq; &  
euangelici uerbī prædones.

Finis actorum Murneri,